

EPITOMAE SINGVLARVM DISTINCTIONVM LIBRI SECVNDI SENTENTIARVM,

CVM VERSIBVS MEMORIALIBVS
clarissimi viri Arnol'di Vesaliensis, theologiae & trium lingua-
rum peritissimi, canonici quondam metropolitane ecclesiae Colo-
niensis: paucis, quos ille morte praeventus non absoluerat, a stu-
dio quodam adiectis,

Liber Sententiarum secundus complectitur. Distinct. XLIIII.

DISTINCT. I. QVAE INCIPIT, Creationem rerum, &c. epitoma.



Mnium rerum, visibilium scilicet, & invisibilium, Deum esse creatorem, & eas in temporum principio creatas, scriptura sacra in sui ostendit primordio, elidens per hoc errores Platonis, & Aristotelis: quorum alter Deum non creatorem, sed quasi opificem rerum esse potuit, supponens s3 materiae in opere Dei, cum creatio sit ex nihilo, quo etiam non aliquid facere soli Deo convenit. Aristoteles autem ponens duo principia, scilicet materiam, & formam, & tertium operatorium, mundum aeternum dixit. De autem Deus aliquid facere, vel agere non quia operando mutetur, sed aeterna voluntate sine sui mentione, cuius simile aliquid in calore solis est invenire. Causa autem rerum creatarum est bonitas creatoris. Qui etiam, ut creatura beatitudinis ipsius particeps heret, rationalem fecit creaturam, eam scilicet, quam summum bonum intelligeret amare, possideret, & per hoc ea frueretur. Quae quidem distincta est in corpoream seu angelum, & corpoream seu hominem. Non quasi ipse creator his indiguerit, sed ut ei seruirent, ac eo frueretur. Denique, & ipse mundus ad servandum vltimus hominis factus est, & homo ad servandum Deo, non ad Dei, sed totum ad hominis vilitatem: ad Dei autem gloriam. Insuper, & angeli, licet nobis superiores sint natura nostri tamen sunt, quia ad vltimum nobis sunt, & seruire nobis debent, ut in simili, res dominorum dicuntur famulorum propter vltimum. Nec propter angelorum ruinam factus homo dicitur principaliter licet illa sit una concausa. Est autem anima corpori unita: primo, quia Deus ita voluit: dehinc, ut unio hominis cum Deo per amorem possibilis offereretur, atque ut in corpore Deo deseruiens homo, maiorem mereretur coronam. Inter angelum autem, & hominem alia est creatura quaedam corporalis tantum, & de his tribus tractabitur in hoc libro secundo.

*Prodiit ex ovo rerum natura creata,
Id tamen ante sopnis non placuisse ferunt.*

DISTINCT. II. QVAE INCIPIT, De angelica itaque natura, &c. epi.

¶ Angelica natura (q3 & in scriptura sapietia quoadq3 d3) omnium prima creata est, non quidem

quasi tempore omnes praecedens, sed dignitate. Ipsa enim, & caelum empyreum, tempus, & quatuor elementorum materia, simul sunt condita, vñ, quod d3, in principio creavit Deus caelum, & terram, per eum secundum Augustinum intelligitur spiritualis creatura, per terram autem corporalis. Quamvis autem angelum alias creaturas omnes duratione quadam praesens Hieronymus dicere videtur: hoc tamen non ex propria, sed ex aliorum opinione locutus putari debet. Denique, sicut ex scripturae auctoritate colligitur, in caelo empyreo creati sunt angeli, vñ, & mali peccatum inde corruerunt, & boni in eodem permanserunt. Quod quidem caelum tale d3 quasi igneum, & est id, de quo dicitur, quod in principio Deus caelum creavit, &c. Est autem angelus primo creatus informis: quo ad habitum gratiae: postea autem secundum eandem formatus, & ad Deum conversus. Notandum tamen extra textum, quod secundum quosdam creatus in gratia angelus tenetur.

*Tammens spiritum, quam rerum cetera moles,
Mox a principio nuda creata fuit.*

DISTINCT. III. QVAE INCIPIT, Ecce ostensum est, &c. epi.

¶ Circa naturam angelicam quatuor in primis consideranda occurrunt, essentiae scilicet eorum immaterialis simplicitas, distinctionis eorum personalis diversitas, intelligendi simplicitas, & volendi libertas. Quae quidem omnes angelis eorum acceptae creatione, non tñ aequaliter. Verum sicut in naturae gradu unus alterum excedit, sic, & in cognitione, & etiam gratiae collatione, in arbitrio quoque libertate, prout scilicet voluntatem sequitur. Na quo ad id, quod cogi non potest arbitrium, omnes sunt aequales. Neque vero angeli aliquid mali creati sunt, ut nihil mora intercesseret inter creationem, & lapsum, ut aliqui opinati sunt: sed omnes boni creati sunt, quantum ad naturam attinet. Vñ, & mora aliqua interuenit inter creationem, & lapsum malorum. Nihil enim mali Deum producere potest. Insuper, & mox creati angelici spiritus, omnes naturalem cognitionem sui, ac creatoris, ac ceterarum creaturarum habuerunt, intelligentes quid bonum, aut malum habebant, & naturalem quandam Dei, & sui amorem, licet secundum Magistrum nondum meritum, eo, quod (ut dicitur) gratiam tunc nondum acceperint.

*Non eadem angelicas ornabant numeras mentes,
Hac minor ingenio, promptior illa fuit.*
Tom. ij. D. Dion. Carr. * 3 Di-